bitabo, | quoniam eLEgi Eam.

15. Viduam ejus benedicens beneDIcam ; * pauperes ejus satuRAbo PAnibus

16. Sacerdotes ejus induam saluTAri : * et sancti ejus exultatione EXulTAbunt.

17. Illuc producum cornu DAVID—: * paravi lucernam CHRIsto MEo.

18. Inimicos ejus induam confusiOne ; * super ipsum autem | efflorebit sanctifiCAtio MEa.

Gloria Patri, et FIlio, * et spiRItui SANcto.

Sicut erat in principio, | et nunc et SEMper, * et in sæcula sæcuLOrum. Amen.

PSALM 137.

1. CONFITEBOR tibi, Domine, | in toto corde MEo: * quoniam audisti verba Oris MEi.

2. In conspectu angelorum psallam TIbi : * adorabo ad templum sanctum tuum, | et confitebor NOmini TUo.

3. Super misericordia tua, et veritate TUa : * quoniam magnificasti super omne | nomen SANctum TUum.

4. In quacumque die invocavero te, exaudi ME—: * multiplicabis in anima MEa virTUtem.

5. Confiteantur tibi, Domine, | omnes reges TERræ, * quia audierunt omnia verba Oris TUI.

6. Et cantent in viis DOmini, * quoniam magna est GLOria DOmini.

7. Quoniam excelsus Dominus, | et humilia REspicit ; * et alta a LONge coGNOscit.

8. Si ambulavero in medio tribulationis, | vivificabis ME—,* et super iram inimicorum meorum | extendisti manum tuam, | et salvum me fecit DEXtera TUa.

9. Dominus retribuet pro ME— : * Domine, misericordia tua in sæculum ; | opera manuum tuarum NE deSPIcias.

Gloria Patri, et FIlio, * et spiRItui SANcto.